Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



resistere furoribus uris. ut miserae animae de uerae dominatione
liberatae. eruantur auctoritatissima falsitate. et assuescant in aper
tissima ueritate. Nam quos a nobis nolentes dicitis cogi. multi etiam
cogi se uolunt. quod nobis antea et postea confitentur. ut uel sic
euadant oppressiones uestras. Et tamen quid est melius. proferre
uerae imperatorum iussiones pro unitate. an falsas indulgentias
propter peruersitatem quod uos fecistis. et mendatio uero subito
totam africam inplestis. In quo facto nihil aliud ostendistis. nisi
pastem donati semper de mendacio presumentem. omni uento iactari
et circumferri. Sicut scriptum est. Qui fidit in falsis hic pascit uentos.
Sicut enim uerae fuit ista indulgentia. sic uerae sunt crimina caeciliani.
et traditio felicis aptungensis. per quem ordinatus est. Et quicquid
aliud contra catholicos dicere consuestis. ut a pace ecclesiae xpi
infelices separetis. et infeliciter separemini. De nulla quidem nos
hominis potestate presumimus. quamuis utique multo sit honestius
presumere de imperatoribus. quam presumere de circumcellionibus.
presumere de legibus quam presumere de seditionibus. Semper memini
mus scriptum esse. Maledictus omnis qui spem suam ponit in hominem.
Unde ergo presumimus si uultis nosse. illum cogitate de quo propheta
praenuntiauit dicens. Adorabunt eum omnes regesterrae.
omnes gentes seruient illi. Et ideo hac ecclesiae potestate utimur.
quam ei dns et promisit et dedit. Imperatores enim sine errore essent
quod absit. per errore suo contra ueritatem leges darent. per quas
iusti et probarentur. et coronarentur. non faciendo quod illi iuberent.
Quia dns prohibet. sicut iusserat nabuchodonosor. ut aurea statua
adorarentur. Quod qui facere noluerunt. dom talia prohibenti placu
erunt. Quando autem imperatores ueritatem tenent. pro ipsa
ueritate contra errorem iubent. Quod quisquis contempserit.
ipse sibi iudicium adquirit. Nam et inter homines poenes luit
et apud dm frontem non habebit. quia hoc facere noluit quod ei